



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 102. Amuratis Victoriæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Basilicæ monasterii Pantocratoris, seu O-Sæcul. **XV.**
 omnipotens Superior; & Mauritius Hiero-Monachus, qui Imperatoris conscientiam moderabatur. Ex quo elucet, quantum ea res cordi esset Joanni Palæologo, quam tamen eidem olim Emanuel ejus Pater, antequam moreretur, vehementer dissuaserat. Tanto quippe desiderio peroptabat ambas Ecclesias una fide conjungi, quanto Turcæ easdem dividi cupiebant. Aliunde vero probe cognoverat, Græcos suis opinionibus tam pertinaciter inhærere, atque a concordia cum Latinis ineunda tantopere aversos, ut schismatis incrementum potius formidandum, quam ejus extinctio speranda foret. Ceterum hi Legati, ubi Romam delati sunt, Martino V. jam fatis functo ad Papam Eugenium se converterunt, in quo tamen non eandem, quam in Prædecessore suo, facilitatem, ac affectum experti sunt.

§. CII.

Amuratis Victoriae.

Amurates capta Theffalonica vicitribus *Chalc. hist.*
Turca. l. 5. suis armis omnem circumcirca regionem usque ad sinum Corinthium incredibili velocitate in suam redigit potestatem. Joannes Castriota Epri (hodie Albaniæ) Rex, cum tam potenti ini-

Ss 3 mice

Sæcul. XV. mico impar esset, pacem sub durissimis
 A.C. 1431. conditionibus ab eo extorsit, cessit enim
 Crojam, civitatem munitissimam, dedit-
 que Filios suos obsides, quorum natu mi-
 nimus nomine Georgius, ob formæ,
 corporis, ac ingenii sui præstantiam adeo
 dextre gratiam ac benevolentiam Amu-
 ratis captavit, ut primariis Aulæ suæ Mi-
 nistris adscriptus, nobilissimis quoque
 belli officiis præfici meruerit. Hic ipse
 est, qui Scanderbegus, hoc est Alexan-
 der Dominus vocatur, cuius vitam qui-
 dam Presbyter Epirota coævus, nomine
 Martinus Barletius, latine conscripsit: A-
 liam vero ejusdem historiam Pater Pon-
 cetus Jesuita anno MDCCIX. Gallico i-
 diomate edidit, & vix ullus reperitur Au-
 tor cujuscunque Nationis, qui non e-
 gregia illius nominis ac gestorum me-
 moria suas lucubrations nobilitare
 percupiebat.



INDEX